

/ Admodum R/de Pater, Non ante respondi literis R.V. quia expectabam exitum negotii quod mihi commendaverat. Sed quia Summus Pontifex negotium illud commisit tribus Cardinalibus et mihi non communicavit, ego nihil potui nisi commendare illius brevem expeditionem Cardinalibus deputatis; quod et feci. Et si Cardinalis Millinus, qui est primus ex tribus, non tamdiu aegrotasset, jam negotium esset finitum. His valeat R.V. mei memor in sanctis precibus suis. Romae die 7 Novembris 1615.

R.V.

10

frater et servus in Christo

---

Cf. 18 août